Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26385
Copyright: Admont, Benediktinerstift

qui me misit. Qui recipit ppham in nomine ppheta
mercedem ppheta accipiet. Et q recipit iustum in nomine
iusti. mercedem iusti accipiet. Et quicumq; potum dederit
uni ex minimis istis calicem aque frigide tantum in
nomine discipuli. Amen dico uobis non perdet mercedem suam.
Sup dixerat qd dico uobis in tenebris HIERONIMI PBRI.
dicite in lumine & qd in aure auditis predicate sup
tecta. Nec infert qd p predicationem ad fidem sequatur xpi.
SIQVIS uenit ad me & non odit LVCAM.
patrem suum & matrem & uxorem & filios. & fres & soro
res. adhuc autem & animam suam. non potest meus esse discipulus.
Et q non baiulat crucem suam & uenit post me non potest meus esse
discipulus. Quis enim ex uobis uolens turrim edificare non
prius sedens computat sumptum q necessarium s si habet
ad perficiendum. ne postea quam posuerit fundamentum
& non potuerit perficere omnes q uident incipiant il
ludere ei dicentes q hic homo cepit edificare &
non potuit consumare. Aut q rex iturus committere
bellum aduersus alium regem non sedens prius cogitat si
possit cum decem milibus occurrere ei q cum uiginti mi
libus uenit ad se. Alioqn. adhuc illo lon